



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Panegyricvs VViponis, Carmine Scriptvs Ad Heinricvm III. Imperatorem.
Conradi Imperatoris Filivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

PANEGYRICVS
VVIPONIS,

CARMINE SCRIPTVS

AD

HEINRICVM III. IMPERATOREM.

CONRADI IMPERATORIS FILIVM.

*NVNC PRIMVM EX CODICE MANVSRIPTO AV-
GVSTANO EDITVS.*



IN.

INCIPIT PROLOGVS IN *EPILOGVM
REGIS.

* fort. legend.
tetralogum.



Omino Regi fide & verbis catholico, actibus gloriosissimo HEINRICO tertio VVIPO famulorum minimus suorū, quod ros Hermon excelsi monti Sion.

Psalms. 132.

Sanctæ pietatis tuæ accessibilis Celsitudo imbecillitatem meam facit, domine Rex, ad gratiæ tuæ desiderabile culmen festinare: & sicut stellio, qui nititur morari in ædibus Regis; sic ego, licet omnibus modis obscurus, claritatis tuæ gaudia tamen in scriptis meis desidero frequentare. Et quoniam, testante Salomone, gloria est Regis inuestigare sermonem, feci tibi, domine mi Rex, hunc breuem TETRALOGVM, quo & curas insomnes reipublicæ interdum leuigare, & animum ad ea, quæ tibi persuasa sunt, possis excitare. Est autem tetralogus quatuor personarū sermo. Ibi Poëta primum hortatur Musas vt te laudent. Chorus Musarum benedicit & laudat te Dominum Regem. Deinde Lex te alloquitur cum hic consilij, quæ satis cōueniunt tuæ dignitati. Postremo Gratia miti affatu temperabit, ad quod te Lex ex iure incitauit. Ad hæc perlegenda sit tecum legis & gratiæ mediator Iesus Christus Saluator, cuius regnum & imperium non deficiet in æternum. Vale dominem

Proverb. 25.

Proverb. 30.

Rex piissime.

EXPLICIT PROLOGVS.

POE.

POETA.

OCTA Pierides memorandas edite laudes,
 Dicitis perpetuas Henrico deprecor Odas:
 Regis & immensum diuturnis carmina sensum,
 Huius res letas millo summa proferat etas:
 Hoc decus ingenij superet duo tempora mundi:
 Dum mundus pereat, Regis sapientia viuat.
 Si puer & iuuenis sic floruit omnibus actis,
 Quos dabit hic fructus maturo tempore ductus?
 Pangite, materiam Rex præstat laudibus aptam,
 Vos dicite mihi, dictatum scripsero vestri.

M V S Æ.

Principio Regi benedicimus omnipotenti,
 Qui caput est regum, quo gloria crescit eorum;
 Qui Pater in Nato pariter cum Pneumate sancto.
 Lege sub æterna dominus regnabit & ultra.
 Hunc pie laudemus, nam summam laudis habemus.
 Hoc habeat munus, qui regnat trinus & vnus.
 At Rex noster homo ditatus per pete dono.
 Tertius Henricus, virtutum regnat amicus,
 Alter post Christum regit orbem circiter istum.
 Ipsum laudemus, nam causas laudis habemus.
 Et PIUS HEINRICVS per nos modo sit benedictus,
 Versibus imprimis repetito nomine Regis,
 Ut quotiens sancti surgant pro Rege vocati,
 Rex totiens Christo placeat de nomine mixto,
 Rex Heinricus DEO regum charissimus esto.
 Rex Heinricus pia charissimus esto MARIAE.
 Rex Heinricus Duci dilectus sis MICHAELI.
 Rex Heinricus polis splendescas fonte IOANNIS.
 Rex Heinricus tuus sit ianitor æthere PETRVS.
 Rex Heinricus boni te firmet epistola PAULI.

Rex

Rex Heinricc tuos ANDREAS dirigat adus.
 Rex Heinricc preces hos cures virgo IOANNES.
 Rex Heinricc THOMAS te vertat in omne quod est fas.
 Rex Heinricc tuus sis ductor ad alta PHILIPPVS.
 Rex Heinricc pares IACOBI sint te redimentes.
 Rex Heinricc DEO placeas tribuente MATHÆO.
 Rex Heinricc tuam SIMON corroboret aulam.
 Rex Heinricc piam THADDAEVS det tibi vitam.
 Rex Heinricc Deum teneas per BARTHOLOMAEVM.
 Rex Heinricc vias tibi præparet oro MATHIAS.
 Rex pie cum STEPHANO sis lætus semper in alto.
 Teq; pares Stephani benedicant ordine cuncti.
 Rex bone SILVESTER tibi sis per sacula dexter.
 Teq; sui socij benedicant ordine cuncti.
 VIRGINIBVS sacris placeas ex omnibus actis.
 Omnes te SANCTI redimant de crimine mundi.
 Sis Rex sanctorum fautor tuus atq; tuorum.
 Hac tibi Rex Musa cantamus voce sonora.
 Teq; chorus noster renouat tua carmina semper.
 Ut tibi laus crescat, dum Sol & Luna patescat.
 Nos damus officium quo crescat gloria rerum.
 Ex nostris donis manifestant verba Maronis.
 Quid pius Æneas quid Turnus posset in armis.
 Fistula Musarum Flacco dictauerat Odas.
 Ut Mæcenatem fecisset laude perennem.
 Hac eadem docuit Lucanum dicere bella
 Caesaris & magni quæ durant vltima seclis.
 Ex nostris monitis callebat Scauius auctor
 Thebanos iuuenes miseris discernere flammis.
 Nasonis studium totus recitauerat orbis.
 Ex nostris curis ornavit scripta figuris.
 Regibus antiquis laudes cantauimus olim

Bb

Ee

Et de Principibus scribendi creuerat vsus.
 Nunquam sic libuit quenquam laudare potentem
 Vt dominum Regem, quem prodit nobile nomen
 Heinrici, veterum de magno germine ductum.
 Rex tibi cantamus, tibi laudis dona paramus.
 Accipe, de nostris vt viuas mortuus aetis.
 Nos operam dabimus, quo possit dicere mundus,
 Tercius Heinricus fuit olim paucis amicis.
 Fama sui meriti superabit tempora mundi.
 Sic tibi cantabit, quem mundus adhuc generabit.
 Nonne tibi merito magni debentur honores,
 Atq; fauor populi, post omnia portio caeli?
 Nam charus populo placuit sapissime Christo
 Quem Regem talis virtutum copia lustrat.
 Nunquid adest aliquid, quod Regis gloria querat?
 Omnia spe vel re venerunt commoda per te.
 Si petimus pacem; tu Rex praestaueris illam.
 Si cupimus bellum; tu Rex commiseris illud.
 Quod si consilium; tu Rex dabis vtile multum.
 Si volumus studium; tu Rex decus es studiorum.
 Omnes munificos tu Rex praecellere nosti.
 Inter clementes tu Rex clementior exas.
 Sic castigandos tu Rex ratione flagellas.
 Quicquid in humanis consistit moribus equi,
 Hoc Deus aut totum, vel partem condidit in te.
 Quam prudens opifex, qui commoda materies
 Elegit primum, de qua bona tanta pararet;
 Quem de gente virum Dominus discerneret auctor,
 Qui foret imperio modo post haec aptior isto!
 Forma, genus, probitas concordant omnia Regi;
 Omnia conueniunt, concurrunt cuncta per illum.
 Solus habet totum, quod plures auxerat olim.

Corrige: pacis

In m. f. haec ad
marginem
SYASIO REGIS

Salus

Salve certa quies populorum tempore nostro:
 Salve pax orbis, mundi fortissima turris,
 Hostes Ecclesia que sternis semper abunde,
 Unde sui capitis mundus prauidit honorem.
 Tu caput es mundi, caput est tibi rector olympi,
 Cuius membra regis iusto moderamine legis.
 Tales vult dominus, quibus est hæc maxima virtus,
 Mens humilis multum, cum qua te nouimus ortum.
 Ceruicem pronam decet acceptare coronam.
 Rex humilis crescit, quoties oriente diescit;
 Et cadit elatus, semper sauire paratus.

EPILOGVS.

Carmina musarum Rex per lege pauca tuarum.
 Sit locus hic alius tibi reddere munia laudis,
 VVIPONIS tuus famulus si vult defendere tempus,
 Vt scribat Regi, quod lex dictauerit illi,
 Hic nobis istos persuasit claudere versus.
 His Christo cura pie Rex Cæsare, future,
 Et viuas sanus centeno tempore canus.

Carmen Legis. plaude Regis.

AD Regis laudes Lex ambas erigit aures.
 Vt segetes pluuuis, sic cresco laudibus istis.
 Non plus mulcet apes mellitos lambere flores,
 Quàm me laus Regis, qua constat pactio legis.
 His mihi sit verbus, quod rore virentibus herbis,
 Quando dies verni reparabunt gaudia mundi.
 Quid satius Legi, quàm dicere talia Regi?
 Salue flos patriæ, quo fructum pacis habere
 Non dubitat mundus, quia regnas orbe secundus
 Post dominum cæli dignus mundana tueri:
 Salue stirps Regum populis veneranda per æuum.

Bb 2

Radix

Radix magna fuit, quam ramus talis adauxit;
 Nobile germen erat, quod mundum floribus ornat,
 Vna viri virtus multum prestare solebit,
 Commendatq; nimis probitas semel edita quoddam
 Quod faciunt plures caput vnum Regis habentes,
 Quas numerare valens seriem facit ordinem longam.
 Sed tamen ex cunctis sex Regem magnificabunt
 Virtutes, aliasq; satis precedere norunt.

leg. decens

Mens humilis, pietatis amor, Pax missa per orbem,
 Nobilitas & forma * docens, fiducia belli;
 Has voco precipuas & Regis honoribus aptas
 His Rex Henricus Christi clarescit amicus.

Ad mea nunc venio, qua nouit mundus in illo:
 Sunt mea qua dicam, quia sum Lex, ille meus Rex;
 Et qui me spernit, Rex eius praelia sternit.
 Qui mea iura colit, Rex hunc defendere nouit.
 Rex Christo charus; nullum vastabit avarus
 Vile putat studium si quis comportat in vnum
 Quicquid habere potest, cum jus non querat habendi,
 Et diues multum contemptor diuitiarum.
 Curis furdus amor miseris clamantibus obstat.
 Vendiderit leges captura pecunia Reges,
 Et de Principibus iustos furabitur usus.
 Et Rex Henricus vir prudens prospicit illud,
 Ut tunc curet opes, cum nullum sunt reprimentes.
 Nec contra legem slectunt donaria Regem.
 Sic facit ut doctus quis Rex est doctior illo?
 Quis Caesar melius, si quid rubrica vetauit,
 Scire valet primis, quam discere coeperat annis.
 Felix sit genitor rediuiuus laude perenni
 CONRADVS Caesar quem maxima causa subiuit,
 Ut sciret natum studijs ad regna paratum,

Qui

Qui recter publicus mundum discernere posset.
 Felix sit mater memorando carmine digna.
 GISELA de CAROLI procedens sanguine MAGNI.
 Nam si post decimam numeretur linea quarta.
 Post CAROLVM MAGNVM nascetur nobilis ipsa.
 Hac operam dederat, quod Rex in lege studebat:
 Illa sibi libros persuaferat esse legendos,
 Ut varios ritus diiudicet arte peritus
 Doctrina lumen tenebrosum dirigit orbem.
 Gentes infestas vicit Romana potestas
 Olim consiliis; non semper vicerat armis.
 Est satis expertum quantum sapientia possit,
 Quae per vim verbi flectit moderamina regni.
 Rex iterum saluo. tibi laus sit cum genitrice;
 Ad cuius votum tibi dat sapientia totum,
 Quo decus imperij valeas per iura tueri.
 Congaudete simul; non ut discordia regnet,
 Quae dudum. regni turbauit gaudia nostri.
 Cum dominis rerum sit pax sine fine dierum.
 O sanctos mores cum matri reddis honores.
 Est tibi spes vicia, si sit sibi gloria per te.
 Si quid erat, rite Deus illud transtulit ipse.
 Exin nullus homo foedus dissoluere possit,
 Quod Deus adiunxit, qui pacis dona creauit.
 Perstet dulcedo materni nominis in te,
 Cum valeas alios acquirere semper amicos.
 Mater in hac vita non plus tibi venerit vlla.
 Quin aliud dicam tibi Rex ego consiliatrix,
 Lex tua, ne renuas post dictum commemorare;
 Cum Deus omnipotens tibi totum fregerit orbem,
 Et iuga praecepti non audet temnere quisquam,
 Pacatusq. silet firmato foedere mundus.

B b ij

Cumq.

Cumq̄ per imperium tua iussa volatile verbum
 Edocet Augusti declaro nomine scriptum.
 Tunc fac edictum per terram TEVTONICORVM,
 Quilibet ve diues sibi natos instruat omnes
 Litterulis, legemq̄ suam persuadeat illis,
 Ut cum Principibus placitandi venerat usus,
 Quisq̄ suis libris exemplum proferat illis.
 Moribus his dudum vivebat Roma decenter:
 His studiis tantos potuit vincere Tyrannos:
 Hoc seruant ITALI post prima crepundia cunctis;
 Et sudare scholis mandatur tota iuventus:
 Solis TEVTONICIS vacuum vel turpe videtur,
 Ut doceant aliquem, nisi clericus accipiatur.
 Sed Rex docte iube cunctos per regna doceri,
 Ut tecum regnet sapientia partibus illis.
 Præterea tibi Rex mandat BVRGVNDIA, surge
 Atq̄ veni, propera, nouiter subiecta vacillans
 Interdum, domino per tempora multa remoto.
 Funditus est verum veterano tempore dictum:
 Quicquid abest oculis, remouetur lumine cordis.
 Quamuis nunc pacem teneat BVRGVNDIA per te.
 Auctorem pacis tamen in te cernere quarit,
 Et cupit in Regis sua lumina pascere vultu.
 Huc ades, & regnum fac, te veniente, serenum.
 Si Sol occubuit, cum Caesar regna reliquit
 Irradias patriam, si tu modo viseris illam.
 Hac olim magno domuisti regna labores;
 Vere nunc populis, tibi Rex seruire paratis.
 Hac via sis facilis, quam præparat orbita pacis:
 Huc bene venias, hic omnia prospera cernas.

CAR.

CARMEN GRATIÆ, PRO REGIS
honore.

O Mnia plena bonis. Sic optat musa VVIPONIS
 Hæc ego LEX cecini deuoto carmine Regi.
 Audi spes orbis, quid dicant intima cordis,
 Quid velit hæc series, quas addat gratia laudes.
 GRATIA te laudat, tibi grates Gratia cantat;
 De venamētis salientia carmina sentis
 Post iustam Legem * comeretur Gratia Regem,
 Et post iudicium veniæ malcedo sequatur.
 Sicut vulneribus medicinam ferre solemus,
 Sic condemnatis succurrat mos pietatis.
 Lex ad vim Regi generat feriendo nocentes;
 Vt sit carus item Rex idem Gratia suadet.
 Legem scripsit homo; descendit gratia celo:
 Lex seruire docet; dominari gratia monstrat;
 Lex condemnabit; sed gratia iustificabit.
 Hoc dicendo, bonam prorsus non denego legem;
 Sed laudans veniam, commendo Regibus illam.
 Non satis vna valet, si non manet altera secum.
 Frangetur hæc, fortis; contemnitur altera mollis.
 Est bona temperies, quam lex & gratia miscent.
 Hæc si coniunctæ, generabunt pacis amorem.
 Non laudo pondus, quod nemo ferre valebit.
 Viribus inspectis onerabit gratia lapsos.
 Rex dominus cæli, miserando, iudiciales
 Abscondens pœnas, conuersos protegit hostes.
 Hunc imitare, peto, pie Rex HEINRICE, Tonantem,
 Qui miserando parcit, parcendo crimina punit.
 Sic verumq; bonum doceat regnare patronum,

Leg. comite-
rili.

In m. f. margi-
ne:
CONSILIVM
GRATIAE

Per

Per quem lex feriat, qua legem gratia sanet.
 Hoc venerande tibi prædixerit ordo sacrandi,
 Cum præsul gladium femoris verigino cingit.
 Dum Rex iratus fueris miserando quiesce.
 Dura fomentur aquis, durecant lenia flammis;
 Alternatq; vices moderata ius rationis.
 Hinc adamas durus soluetur sanguine molli;
 Conseritur vitrum melius per vincula plumbi:
 Ferrum cum limo massâ candente liquefcit.
 Et natura iubet mutari tristia blandis:
 Post acidum, dulcem præstat gustare saporem;
 Post dulces, acidos iterum confundere gustus.
 Non hæc propterea tibi Rex narrare paravi,
 Vt te clementem dominum regniq; parentem
 Quis dubitet; sed eos, qui tantum lege mouentur,
 Castigare libet, quibus hæc pia dogmata trado.
 Cum DEVS omnipotens in mundo cuncta creauit,
 Solus homo liber percepit dona creatis.
 Mox libertatem primam vaga mens viciauit:
 Cæperunt miseri dono rationis abuti;
 Et potuisse malum, traxit natura, per usum.
 Ecce DEVS legem super addidit hoc reprimentem,
 Cuius transgressor non impunitus abiret,
 Ac pœnam metuens redeat per uersa voluntas
 Iudiciumq; probet, quàm sit peccare malignum.
 Sic dominus clemens seruos reuocare volebat.
 Non tulit illud homo, pœnali lege grauatus,
 Vt per vindictam posses comescere culpam;
 Et mortale iugum lesa ceruice dolebat.
 Occidatur, ait lex, qui semel est homicida,
 Et qui mæchetur cum mæcha mox lapidetur.
 Dens pro dente cadat; lumen pro lumine vadat;

Leuit. 24.
 Deut. 19.
 Leuit. 24.
 Exod. 21.

Pesq;

Pesq; pedem reddat; manui manus altera cedat;

Vulnera vulneribus responsum reddere certent.

Qui detestatur genitores, hic moriatur.

Qui furtum faciet, sine poena non remanebit.

Quinq; boues vnum redimant cum fraude remotum.

Qui furatur ouem, reddat cum quatuor vnam.

Si maledicet homo, moriatur pro maledicto.

Sic lex verborum contorqueus tela suorum,

Terrebat plures, & desperare coegit.

Clamabat populus sub tanto pondere pressus,

Vociferabat homo fessus religamine duro;

Hoc non posse pati, fore tempus iam miserendi.

Audiuit dominus clamantes, & miserorum

Respexit gemitus solita pietate creator.

Venit in hunc mundum carnis velatus in ymbra,

Humani generis formator & ipse redemptor.

Non repulit legem, sed iustum dans moderamen,

Ne moreretur homo, veniam cum lege locauit.

Vt cum lex mortem pramittat, gratia vitam:

Erigat hac humiles; vt dissipet illa rebelles;

Conuersus veniam iudex non abneget vllus.

Sic Deus omnipotens per vates dixerat olim:

Nolo peccantis mortem, nec gaudeo poena:

Conuertatur, ait, viuat, mihi seruiat ipse.

Conseruatus homo, quem prisca in sede repono.

Nunc idem dominus veniens in regmine carnis

Inquit, Discipulis hoc mando, discite, cunctis:

Erimina poeniteant, & vita per pete viuant,

Peccatum pereat, peccator viuere discat.

Qui se conuertit, non est hic, qui fuit olim.

Non dicam hic vita quid sit clementia verax.

Quod gratis dabitur clementia iure vocatur.

Ezech. 33.
bone. 3.

Matth. 23.

Ce

Qui

Qui recipit meritum veniam quis dixerit illud?

Si quis peccanti conuerso vult miseri,

Et parcens misero, vindictam sumere nescit,

Hic veniam tribuit; sic pœnam gratia spernit.

Propitiatur homo confratri crimine lapsi.

Qui cadit & surgit, spes est vt viuere possit.

Omnes peccamus, peccantibus hoc faciamus

Quod Dominus nobis, qui clemens est inimicis.

Cum veniam laudo, non legem temnere quero

Lex bona si veniam dorso portare studebit,

Gratia tunc prodest, cum lex præcesserit illam.

Et lex obstanti, sed gratia sit redeunti

Sic in vtroq; bono dabitur consistere mundo.

Nunc tibi sit Regi pax & clementia Christi:

Tu princeps orbis sis Christi munere fortis,

Tu Dominus regni viuas in pace perenni.

Sic vult VVIPONIS tuus cum fido pectore seruus.

VERSVS VVIPONIS ad mensam Regis.

Regalis cœtus sit in isto tempore letus,
Quo lux in tenebris exoritur populis
Inter letandum res suadet commemorandum,
Quod Deus est natus, filius ipse datus.

Parua dedit Betlehem de magno germine panem,

Qui satiare valet, quicquid vbiq; manet.

Panem de cœlo porrexit gratia mundo;

Panis ad est viuus perpetuusq; cibus.

Fons salientis aquæ diffusa pocula vitæ;

Hinc quicumq; bibet, non iterum sitiet,

Mellis

Mellis dulcedo per Christum fludeis olympo,
Ve sapiant famuli delicias domini
Bos renuit fœnum cum vidit nobile granum
Et præsepe Dei præcauet os asini.
Virgo Maria vido, mirando talia ride
Ex te per verbum cerne Deum genitum
Rex pie cœlestis nostris illabere festiâ:
Da fructum pacis, sicut vbiq; facis
HEINRICO Regi digneris propitiari
Ve cum lætitiâ pertrahat officia.

FINIS.



Cc 2

PROE